

Illustriſ & Reuerendi
DOMINI
Nicolai Mariæ
ESTENSIS
Epilcopi Hadriensis
ORATIO
pro conſanguineo ſuo
INCLYTO
Hercule Eſtenſi
FERRARIAE
Duce Secundo.

STANDA G
HABUIT A
NEO SUO
DO. QUI
CUT PAR
RUM IUD
NIUMQ
LORUM E
CUM EPI
AM CLARI
DAMQ
NI PROFE
QUI UT SC
COLLEGA
DEMANDA
OMNIUM
VTINAM
TATEM: &
MANA LON
SE TULIT EX

uiro
pati



STANDA G
HABUIT A
NEO SUO
DO. QUI
CUT PAR
RUM IUD
NIUMQ
LORUM E
CUM EPI
AM CLARI
DAMQ
NI PROFE
QUI UT SC
COLLEGA
DEMANDA
OMNIUM
VTINAM
TATEM: &
MANA LON
SE TULIT EX

Julius Căpellus Spoletinŭs doctissimo
uiro Lucae Ripae Ferrariēſi litteratorumq;
patrono optimo. S. P. D.

Scripsi ad te Ripa mi optime superiorib⁹ di-
ebus de candidissima illa oratione quā Ni-
colaus Maria Estensis noster pontifex Ha-
driensis obediētiae scilicet xpiano more pre-
standae gratia in publico (sic. n. appellant) consistorio
habuit ad Alexandrum. vi. Pont. max. pro consanguineo
suo generoso Hercule Estensi Ferrarię Duce secun-
do. Quibus quidem litteris ut memini quom tibi eam
(ut par erat) non solum meo; uerum omnium litterato-
rum iudicio satis laudauerim; uolui in fidem testimo-
niumq; litterarum; quam mentis acie conceperas; ocu-
lorum etiam pupulis recognoscere. Mea igitur opera
cum epistola ad Pontificē presertim quom a multis etiam
clarissimis uiris efflagitaretur imprimendam eden-
damq; curauī (id enim mihi illustris dominus & ame-
ni profecto uir ingenii Hercules Varanus ille noster;
qui ut scis is studiis summo opere delectatur Hadriensis
collega hinc proficiscens iniunxit atq; ut in me potest
demandauit) tibiq; & tanti pontificis familiarissimo &
omnium id genus patrono optimo mittendam studui
Vtinam autem & gestus ipsos honestissimos & graui-
tatem; & facundiam; & uenustatem; & illam deniq; hu-
mana longe augustiorem maiestatem quā dicendo pre-
se tulit exprimere potuissem. Ripa mi optime pōderan

das ille quidem sententias ut cenſeo non numerādas ar
bitratus totus hercle dulcis: totus grauis: totus amcen⁹
totus breuis & facundus: totus lucidus: totus ſuauiſ: to
tus candidus: totus deniq; latinus Romanuſq; fuit. Ni
hil rude: nihil moleſtum: nihil barbarum: nihil intempe
ſtiuum: nihil obſcurum: nihil inconcinnum: nihil pro
lixum: nihil demum ut pleriq; hodie ſiue aſſentādi ſiue
oſtentandi gratia eo potiffimum loco ſolent: aut ſuper
uacuum: aut uerboſum attulit. Doctis omnibus Cardī
nalibus cūctis: ſacroſancto Senatuī apoſtolico uniuer
ſo: ipſiq; ſummo pont. in primis gratioſus atq; non uul
gariter laudatus. Quid plura claroꝝ oratorum ſine con
trouerſia oīm ſententiā palmam reportauit. Gratabere
itaq; illuſtriſſimo Principi: domui Eſtenſi omni: Ferra
riāq; uniuerſa: ob tot tantaſq; Pontificis noſtri Hadri
enſis uirtutes laudeſq; innumeras: non ſine maxima eo
rum gloria athenū Hercule duraturas. Vale & Cam
pellum tuū ipſi Pontifici noſtro: illuſtriq; dño Herculi
Varano etiā atq; etiā cōmenda: orationem ipſam (ſi pla
cet) amicis oībus impartire. uale iteꝝet me ut facis ama.

¶ Nicolaus Maria Eſtenſis epuſ Hadrienſis
Alexandro. vi. Pont. max. S. P. D.



Onucnerat Beatiffime pater inter huius ſan
ctiffimi ſcederis principes ut clariffim⁹ Re
gia maieltatis orator id dicēdi munus ſuſci
peret: ageretq;. Sed neſcio quo factum eſt.

Postea quā
cuiusq; pot
eſt illuſtri
nis tuæ fili
demādare
ſanctitate
tuā beatitu
ret: & tam
lēcunq; u
ti forte po
mihi: ſed
etiā at
uota ſcel

¶ Nicolaus
Gener
public



ctu amp
ecclie car
pontifice
& dicim⁹
ni penitu
perinde a

Postea quā ad sanctitatē tuam aduentauimus ut unius
cuiusq; potētatus orator partes suas ageret. Itaq; uisum
est illustrissimo Principi meo Herculi Estēsi beatitudi
nis tuæ filio ac clienti deditissimo hanc prouintiā mihi
demādare. quapropter humilis summo pere rogo oroq;
sanctitatem tuam me excusatū habeat: si non talē apud
tuā beatitudinē habuero orōnem qualē & illa postula
ret: & tam amplissimo loco cōueniret. Misi igit eā qua
lēcunq; (ut uoluit) sanctitati tuæ: Si quid aut in ea erra
ti forte positū incuriose fuerit: censuræ subiiciat: & non
mihi: sed tpis angustis rogo ascribatur. Cōmendo me
etiā atq; etiā sanctitati tuæ quam deus opt. max. ad
uota foelicitet.

¶ Nicolai Mariæ Estēsis epī Hadriensis Oō: pro
Generoso Hercule Estensi Ferrariæ Duce scdo: In
publico consistorio habita ad Alex. vi. Pont. max.

N Emini sane mihi uideri debet beatissime pa
ter: si in ipso dicendi primordio exalbescam
uehemēterq; cōmouear ac toto penitus cor
pore cōtremiscam Sumus etenim in conspe
ctu amplissimorū patrum: inter sacrosanctæ Romanæ
ecclīę cardines firmissimos: inter ipā mūdi lumina corā
pontifice maximo: quem iesu xpī uicariū iure meritoq;
& dicimus & affirmamus. Veri dei locum interris (om
ni penitus hæsitatione sublata) obtinentem. Quem
perinde ac sanctum quoddam NVMEN colimus:

omnes:ueneramur:adoramus. Postularet equidē & lo-
cus hic amplissimus beatissime pater: & nostræ legatio-
nis officium ut innumeras ac pene infinitas uirtutes tu-
as in medium adduceremus. Quæ si pro dignitate recē-
sendæ enarrandęq; forent: non breuī & extemporali
oratione:quali mihi ut te non latet beatissime pater re-
pente & præter omnium expectationē utendum est ex-
plicari possent:sed exquisitam sibi facundiam: longissi-
mum tempus:& grande proculdubio uolumē exposce-
rent:uerum quoniam ab aliis & clarissimis quidem ora-
toribus magnifice & copiose satis pro tempore celebra-
tæ sunt:longiori sermoni parcēdum esse duximus. Nō
erat præterea hoc loco præmittenda maxima ex ista tua
ad Pontificatum assumptione cum Ferrariensium om-
nium lætitia:tum multo magis illustrissimī Ducis no-
stri Herculis Estēsis celsitudinis tuæ filiī ac cliētis ob-
seruantissimi. Sed ut cæteris oratoribus ab is certatim
missis:qui sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ aut parēt:aut
adherent dicendi locum relinquam: Silentio nostrā il-
lam hilaritatē mandare constitui. Illud tantum dixero
q; dux ipse noster Hercules illustrissimus ut uirtutī tuę
& felicitati nostrę pariter gratularet:charissimū filium
suū Alphonsum uerā patris imaginem ad beatissimos
sanctitatis tuæ pedes libentī animo misit. Cum præfer-
tīm sibi ætate iam exacta non parisset nisi p aduersam
ualitudinē ueniendī ut optaret facultatē denegatam cer-
neret. Sperans tñ ubi primum corporis uires maius ali-
quid q̄ in præsentia pollicebuntnr fore ut uenerandam

istam bea-
faciem:q;
tem intue-
possit. T
ob sancti-
tissimū
te) puec
nemq; E
millime
tu9 est
obedien-
teriq; x
amplit
Oratq;
tra fid
eta sed
ritis cl

istam beatitudinis tuæ & humana longe augustiorem
 faciem: quam (licet absens) assidue cernit animo: præsen-
 tem intueri: contemplari: uenerari: adorare: atq; alloqui
 possit. Tunc immensum gaudiū coram explicabit: qđ
 ob sanctitatem tuam concepit ad maximum & excellen-
 tissimum istum gradum (diuina prouidentia suggeren-
 te) puectam. Interim seipsum charissimum filium om-
 nemq; Estensem domum beatitudinī tuę q̄maxime hu-
 millimeq; cōmendat. Potentatum uero suum oēm (qui
 tu9 est) debitam fidem inuiolabilem ac promptissimā
 obedientiam: ut & Estenses omnes semper de more: ca-
 teriq; xp̄iani Principes consueuere: pro tui pontificatus
 amplitudine tuenda: amplificandaq; abunde pollicetur
 Oratq; ut sanctitati tuæ uitam inter amplissimas con-
 tra fidei xp̄iane hostes uictorias proget: & deinde qui-
 eta sede illustrem & diuturnā pro tuæ beatitudinis me-
 ritis clementissimus ille rerum oīm opifex deus seruet.

Dixi.

¶ Romæ impressa per mgrm Steffanum
 Planck: Iulio Campello Spoletino p̄cu-
 rante: Anno saluatoris. M. cccc. lxxxiii.

Nonis Ianuariis.

Haue.

¶ Oratio ad Lectorem.

Lector diuitiæ pede & solutæ
Et iunctæ simul omnis usq; uocis:
Summi Pontificis patrū ante & ora:
Sancto concilio: & dei senatu
Altum qui cupis inclytumq; munus
Dicendi: caueas prolixitatem:
Et quicquid nomini graue est latino.
Et discas aliquando me magistra
Gnationem remouere ab hoc theatro
Dulcis: lucidulus: grauis: latinus:
Tersus: candidulus: seuerus: altus:
Simplex: rectus: amœnus: atq; apertus:
Romanus bonus: & mere facundus
Et totus breuis: & modestus esse.
Cunctis ordinibus: senatuq;
Doctis omnibus: & bonis placebis.
Summo pontifici: deoq; nostro
Sic tu: perpetuo decens honore
Successus referens diu cupitos:
Temnes Rinocerotis usq; Nasum.

Vale.

Hainx 6689